

THOMÆ RIPOLL  
ORDINIS PRÆDICATORUM  
MAGISTRO GENERALI.

FR. PIUS VANDEN DYCK ORD. PRÆD.

*Perpetuam Felicitatem.*

**S**i Opusculo hoc ad umbilicum perducto, statim mihi suboluisse dixero necessitatem longe maximam, eidem potentem procurandi Patronum; eaque de causa ambiisse, ut nomina Tuum frontem illius exornaret, veritatem quidem dicam, verumtamen non totam. Est aliud, quod me non minus ad id audendum impulit. Innumeris Tibi obstricis titulis, nec fortuna Tua desiderare remunerandi vicem, nec mea suggestere restituendi facultatem, cogabar gratitudinem meam hinc includere Aponii verbis, AGO TIBI GRATIAS, IMPERATOR AUGUSTE. Sed quid est tenuem gratias agere exhalasse vocem? Fugacem reddidisse perennibus beneficiis sonum? Tinnitus pro solidis benefactis? Quid ni eum, omnium laudibus celebratum, tenebris arborum corticibus ac foliis affectus suos inscriberet, tenuibus chartis gratitudinem tuam committendo, inquebans ipse mihi, imitaris? Placuit, stetitque consilium; et firmius, quod credere Opusculum hoc quale quale, quo aurum optimum a paleis, Doctrinam, inquam, S. Thomæ ab uultatis Quesnelli extravagantiis, pro modulo meo, conatus sum discernere, Tibi non disciplinatur. Is enim es, cui nihil gratus excitat unquam, ac si Filios tuos, ea qua pars est reverentia Constitutioni UNIGENITUS submissos, pro S. Thomas dogmatis, velut pro facratori Palladio decertantes; nova carentes, avitam doctrinam strenue propagantes videoas. Is es, cui nihil sequitur jucundum, quam si in Ordine, quem summa prudenter gubernans, studium atque devotionem animam Ordinis Prædicatorum confit, floreat, ferueat. Et quid non exagitavit ardens tuum, hac excolendi, studium? Talia que meritissimo jure non auribus solo viventum; sed oculis quoque nondum natorum Dominicanorum narrantur. Pauca referam, sed singulare, ac Tibi ita propria, ut quicunque Dominicanum historiam vel extremis labris degustaverit, illico Te ex iis, non fecus ac Alexandrum Magnum ex Apellis imaginibus, sit agnitus. Ut studiorum amorem in animis nostris excitares, sciens nihil aque efficax, quam majorum exempla; magnum illud Ordinis Bullarium explorari, adornari, elegantissime typis edi curasti; perpetui commentarii loco: in quo, quid Ordo noster in Rempublicam Christianam contulerit, quales viros Ecclesia dederit: quot labores exanthaverit: quot tedia devoraverit, quasi in publicis tabulis, auctoritate Summa in terris, variorum concessionis privilegiorum roboratis & authenticatis videoe est. Quid vero efficacius ex cogitari potuit, ad accendendum in cordibus nostris devotionis ignem, regularis disciplina observantiam, studium perfectionis, quam iudeum imprimere summi viri, nobilissima stirpe nati, divitiis affluentis quondam, in deficitis nutriti, qui omnibus his præstulit abjectus esse in Domo Dei; summi demum Dei in terris Vicaria Majestate indui, qui fraternitatem nostram usque eo dilexit, ut ab illa nec in vita, nec post mortem voluerit aut poruerit separari, Benedicti XIII., inquam, Summi Pontificis exemplum? Hoc ut continuo oculis nostris obvolveretur, singulari prudentia, dexteritate summa, infatigabili zelo obrivisti, ut Benedicti XIII. mortales exuviae e. D. Petri Basilica ad nostrum Minerva Templum transferrentur: tanta cum pompa, quanta non ego tantum, qui interfui, sed nullus, credo, mortalium maiorem vidit, aut videbit unquam. Quatuor Ecclesiae indubitate Summos Pontifices Ordo Prædicatorum enutrivit: Innocentium V. Beatum Benedictum XI. Sanctum Pium V. & Benedictum XIII. (non numero) Joannem Vercellensem Ordinis nostri Generalis Magistrum: quod dubitent aliqui, an vere, quod alii affirmant, in Papam electus fuerit: neque Joannem Perrum Caraffa Neapolitanum, Paulum IV. dictum; (a) qui ante professionem a Parentibus Ordini erexit, eidem post mortem restitutus est; quiescens ad Minervam, in Sacello Beatissima Virginis Annuntiatione, ac D. Thomas Sacro. Sed ne unius quidem, quod hic gesit mortale ostendere valeremus, nisi prudentia tua circa Benedictum aliud providisset. Ex quo quid nobis acceperit, ex verbis Cl. Affemani ad Venerabile D. Petri Capitulum colligi potest. (b) Relatis variis a Benedicto Basiliæ Divi Petri præfatis beneficiis, subiungit; „Sed haec inania sunt, ac vana: neque in nostris, & posterorum animis eum amplius excitabunt pietatis ac religionis ardore, quo, cum ad Chorrum accederemus, Tumulum, in quo corpus Tuum venerandum, Pontifex Beatissime, jacebat, sufficienes, vehementissime incendebamur. Nunc, proh dolor! tanto pignore orbati, hoc quoque solatio destituirum.“ Nos vero, per Te, Pater Rever-

(a) Ita Petr. Matth. in Summa Conflit. Sum. Pontificum pag. 367.

(b) Orat. habita 22. Feb. 1733. antequam Ben. XIII. corpus ad Minervam transferretur.

Muta fiant labia dolosa, que loquuntur adversus iustum iniquitatem, in superbia & in abusione.  
Pl. 30. v. 21. & 22.

INDEX CAPITUM,  
ET MATERIARUM

- CAPUT PRIMUM. Prosaio & Supplicatio  
CAP. ad CLEMENTEM XII, ab Auctore Theol.  
Suppl. directa examinatur & corrigitur.  
CAP. II. De damnatarum propositionum sensu, ea-  
rūque Auctore.  
CAP. III. De gratia Adami ante peccatum.  
CAP. IV. De voluntate salutis omnium, deque  
Christi morte pro omnibus appetita.  
CAP. V. De gratia hominis lapsi.  
CAP. VI. De virtutibus Theologis.  
CAP. VII. De oratione impiorum & timore.  
CAP. VIII. De disformitate veteris ac novi fœderis.
- CAP. IX. De Ecclesia.  
CAP. X. De efficacia gratiae Baptismalis.  
CAP. XI. De censurorum & juramentorum usu.  
CAP. XII. De Lectione Sacre Scripturae.  
CAP. XIII. De predicatione Verbi Del, & Di-  
vinorum Officiorum celebrazione.  
CAP. XIV. De administratione Sacramenti pa-  
nitentie.  
CAP. XV. De potestate dispensandi in legibus, &  
excommunicandi.  
CAP. XVI. De Afflictionibus.

MONITUM.

Citavi aliquoties Enchiridion S. August. juxta veterem editionem, quæ ad manum erat; in qua capiti primo præmittitur Prologus. Sed postea observavi, quod in nova edit. ipse Prologus sit Caput I. Unde si verba adducta non reperiantur loc. cit. in nova edit. videatur Cap. fe-  
quentis.

verendissime, perfuimus, & quiescecez Miserere sanum accedimus, vix superbo Benedicti Mausoleo, accendimus ad devotionem, animaque ad pietatem. Illi etiam qui Roma absunt, non omnino hac consolatione defituantur, dum tua cura idem Mausoleum ari incisum eis datum est. Refrat nunc terptum, ut sit trinum perfectum, ex omnibus illis tuis factis mirabilibus, quod inscribendum his chartis prelegerem: & illud adeo mirabile, ut non dubitassem miraculam dicere, si huius vocis saluum conendum obtinuisse potuisse. Enim vero, quo agerent illud confidere, eo clarus videtur mihi video, mirabilem illam Jonathae victoriam i. Reg. cap. 14. descriptam. Notum est cuilibet quas ad angustias Schola Thomistica fuerit a paucis redacta: de quo ne quis miretur, cogite veritatem ipsam Iepius depressam, nusquam oppresam fuisse. Vellemus, nollemus, Thomistam inter & Quæsellitam, sola erat differentia nominis. Nec soli id heretic blaterabant, erant & inter catholicos quidam audaculi, oracula Vaticanae necquidquam obstantibus afferentes, non ovum ovo similius, ac una & altera doctrina. Aderant quoque & alia infelici augurii symptoma, quibus attenti dixisse Thomistam jam exprimitur. Demissi oculis, prompta manu per vicos & plateas, videbantur Thomistæ quasi venientia a suis deprecari adversarii: ita scilicet quidam sibi imaginabantur, sed fallabantur egregie. Ut enim Leo vix periculo, terram ac latera sibi flagellans, vires colligit & accedit, ita Tu, vixa adversariorum insolentia, animum tuum recolligendo accendebas, ad res nostras pristine decori restituendas. Nec se felicit eventus, motibus siquidem arcans, & acutissimi lynxibus inserviabilibus, dum triumphato quasi Thomistmo securius indormiri adversari, a Vaticana Arce deducis auxiliares copias, unicum, inquam, BREVO, VERBVM DEI SCRIPTO ET TRADITO &c. quam nobis gratum, tam hostibus terrible; & tacendo restitus rem. Quid autem quantaque continet, ityd, non est paucarum horarum, aut linearum negotiorum describere. Dicam compendiose quid cogito. Quod Ordo noster quantum est, non una, sed pluribus supplex flagitavit vicibus, id tu modo solus a CLEMENTE XII., per NERUM CARDINALEM CORSINUM, Sanctissimi Nepotem, Ordinis nostri Protec-rem obtinuisti: & plus etiam, quam Prædecessores Tui sperare unquam fuerint aucti; nempe magnum illud & memorabile, ad omnes Ordinis Scholas, Collegia, & Seminaria extensum privilegium, Laureandi, honoretque Academicos conferendi ingenios adolescentibus, qui Sancti Thomas Doctrinam, rufissimam atque inconcussum ibidem potaverint: cuius frudum jam inde cernere incipiun, cum Scholarum nostrarum sciamna discipulos non capiane. Ita nunc Thomistæ, ac sub talibus auspiciis, irretortis oculis, quantum religiosa permittit modestia, adversarios menfurate; non quantum credi vellent, sunt formidabiles: potius palantes, ac pallentes videbitis. Tu potius Minerva, vade, galea testa caput, hasta armata manum; nobis enim, etiam rogaribus, praesto non erunt, qui non ita pridem terram mari, mereque caelo miscebant venti. Eurum ad te, Zephyrumque voca, dehinc talia fare.

Tantane vos generis tenuit fiducia Vestri?  
Quos ego! Sed mors præstat compонere fluctus,  
Maturitate fugam: Requie hæc dicte vestro;  
Non illi imperium Sophia &c.

Sed hæc otiosior me poeta prosequatur. Tempus est manum de tabula tollere: si prius & CLEMENTI XII., & Corsino Cardinale, vere NERO, tumidum jussit qui sistere pontum, & Tibi, P. Reverendissime, cui libet in solidum, hisce chartis quaqueversum, ut spero, dispergendi, si non licet totius Ordinis, aut Provincie meæ Germaniae Inferioris, saltem meo privato nomine inscripiero Aufoni ad Gratianum Imperatorem verba. „Ago tibi gratias, Imperator Auguste, si possem, etiam referem. Sed nec tua fortuna desiderat remunerandi vicem, nec nostra suggestit restituendam facultatem. Privatorum ita copia est, inter se esse magnificos. Quod solum ergo nostra opis est, gratias ago: verum ita, ut apud Deum fieri amat, sentiendo copiosius, quam loquendo. Atque non ita Sacrario modo imperialis oraculi. . . . Sed usqueque, gratias ago, tum tacem, tum loquens; tum in casu hominum, tum ipse mecum: & quem voce patens, & quam meditatione fecessi; omni loco, habitu, & tempore: Nec mirum si ego terminum non statuo profundi, cum tu finem facere nescias honorandi. „ Hisce contentus esse cogor, alias etiam statuam Tibi ereciturus marmoream, hac cum inscriptione, qua nunc hujus libri esto.

#### POST THOMAM ALTERUM,

#### SCHOLÆ THOMISTICÆ

#### COLUMNÆ

#### THOMÆ RIPOOLL

O. P. M. G. D.

#### APPROBATIO

ADM. REV. PAT. MAGISTRI

#### RAYMUNDI MAFFETONE

Sac. Theol. Professor, ac totius Ordinis Predicatorum bupijis Magister Generalis,  
Soc. Theol. Magistri, & Sacri Reverendissimi Patris Generalis Ord. Predicatorum.

F. THOMAS RIPOLL

Sac. Theol. Professor, ac totius Ordinis Predicatorum bupijis Magister Generalis,  
Soc. Theol. Magistri, & Sacri Reverendissimi Patris Generalis Ord. Predicatorum.

**L**ibrum, qui titulus: Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Autoris Dubiis vindicata &c. A. R. P. M. Pio Vanden Dyck Theologo Casanatenis, Belga, compositum, attente & mature perlegi, & recte ratione contentaneum inventi, nec aliquid contra Catholicam fidem, bonisque mores contineat: imo conformem esse Doctrina Angelici nostri Sancti Doctoris, & nihil ei dissidium habere. Unde typis esse mandandum, ob communem utilitatem censeo. Romæ apud Opus, cui titulus: Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Autoris dubiis vindicata &c. A. te compositum, de mandate nostro servatum, & approbatum a duobus Theologis Ordinis nostri RR. AA. PP. Magistris, Fratre Raymundo Maffetone, & Fratre Cajetano Benitez de Lugo, servatis de jure servandis. In Nominis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. In quorum fidem his propria manu subscriptis Sigillum Officii Nostri apponi jussimus. Romæ in Conventu Nostro S. Maria super Minervam die 20. Septembris anni 1737.

Fr. Thomas Ripoll

Mag. Ordinis.

Loco ♦ Sigilli.

Registr. pag. 8.

Fr. Emericus Langenwalter Mag. & Soc.

#### IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palati Apostolici Magistro,

N. Baccarius Episc. Bojanen. Viceg.

#### APPROBATIO

REVERENDISSIMI PAT. MAG.

CAJETANI BENITEZ

DE LUGO

Sac. Theol. Magistri, SS. Congregationum, S. Offici Qualificatoris, & Rhenum Confessoris, & Reverendissimi Patris Generalis Ord. Predicorum Socii.

**Q**uis R. P. M. Pii Vanden Dyck Theologo Casanatenis, Belga, cuius titulus est: Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Autoris dubiis vindicata &c. Jussu Reverendissimi P. Jo. Benedicti Zuanelli, Sacri Palati Apostolici Magistri, accurate perlegi: & nihil in eo sanæ doctrinæ, ac bonis moribus dissidium offendit. Imo omnia mira claritate, ac soliditate digesta, præluculentibus passim. Maximorum Ecclesie Doctorum SS. Augustini, & Thome Aquinatis sententiis, perfexi. Quare præstatam lucubrationem publica luce dignissimam censeo. Datum Romæ, ex Aedibus S. Andreae de Valle v. Kal. Novemboris 1737.

F. Cajetanus Benitez de Lugo  
Ord. Predic.

D. Josephus Maria de Petio  
Clericus Regularis.

#### APPROBATIO

REVERENDISSIMI DOMINI

JOSEPHI MARIE DE PETIO

Cler. Reg. SS. Congr. Indicis, & Indul. Sacra-  
rumque Reliquiarum Confessoris, in Urbe Exam-  
inator. Apst. atque Sereniss. Augusti III. Reg.  
Pol. Electoris Saxonia &c. Theologi.

**Q**uis inscriptum: Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Autoris dubiis vindicata &c. Jussu Reverendissimi P. Jo. Benedicti Zuanelli, Sacri Palati Apostolici Magistri, accurate perlegi: & nihil in eo sanæ doctrinæ, ac bonis moribus dissidium offendit. Imo omnia mira claritate, ac soliditate digesta, præluculentibus passim. Maximorum Ecclesie Doctorum SS. Augustini, & Thome Aquinatis sententiis, perfexi. Quare præstatam lucubrationem publica luce dignissimam censeo. Datum Romæ, ex Aedibus S. Andreae de Valle v. Kal. Novemboris 1737.

## APPROBATIO

ADMODUM REV. PATRIS

SYMPHORIANUS A. ANDREA

Definitoris Generalis RR. PP. Carmelitarum Discalceatorum, olim Sac. Theologiae Professoris,

Proptera accuratam de mandato Reverendissimi Patris Magistri Sacri Palati Apostolici Legionis Operis, cui Titulus : Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Auctoris dubiis vindicata &c. Auctore Rev. P. Mag. Pio Vanden Dyck Ordinis Pradicatorum, Theologo Cafantenisi, Belga &c. non solum nihil in illo vel Fidei Catholicae veritatis, vel morum puritatis contrarium; quin et contrario Constitutionem Unigenitus Dei Filius a Clemente XI. anno 1713. contra errores Paschali Quenelli editam, efficaciter vindicare, & veritatem Catholicam contra propositiones Quenelli condemnatas, apprime, & luculentem astrarere reperi; juxta solidam & inconcussam SS. Augustini & Thomae dogmata: ideoque & legentibus maxime profuturum, & hoc tempore typis mandari dignissimum censio. Salvo semper &c.

Datum Roma in Conventu nostro SS. Theresiae & Joannis a Cruce Ord. FF. Carmelitarum Discalceatorum hac die 3. Octobris 1737.

## APPROBATIO

ADM. R. PAT.

BENIGNI A JESU

RR. PP. Carmelit. Excalcentorum Defin. Gen. quondam in Universitate Lovaniensi Sac. Theol. ac Sac. Scriptura Professoris,

De mandato Reverendissimi P. Sac. Pal. Apof. Magistri, exacte & magna cum voluptate perlegi Opus cui Titulus : Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Auctoris Dubiis vindicata &c. Auctore Fr. Pio Vanden Dyck Ord. Pred. Theologo Cafantenisi, Belga, nihilque in eo inventi Orthodoxa Fidei dogmatibus, aut morum restituti congravium; aut aliquid, quod ulla censura mereretur inuri, adverteri. Quia in eo ingenio demonstrata Auctor prefatus, contra Auctorem Theologie Supplicis, Quenelli propositiones, Constitutione Apostolica Unigenitus damnatas, non tantum omnino alienas esse a Doctrina SS. Patrum & Ecclesiae Doctorum Augustini & Thomae; sed vix unum esse, qui cum Baii, Janfenni, Lutheri, & Calvinii, aut cum Wicleffi, Huffi, Erasmi &c. non incidat erroribus & doctrinis. Ne igitur Lectores utilite, quam ex hujusmodi libri Lestione sunt relaturi, fraudentur, ideo Opus hoc publica luce prologue dignum existimo, falvo meliori &c. Datum Roma in Conventu nostro SS. Theresiae, & Joannis a Cruce die 3. Octobris 1737.

Fr. Benignus a Jesu.

IMPRIMATUR,

Fr. Jo: Benedictus Zuanelli Ord. Pred. Sac. Pal. Apostolici Magister,

Fr. Symphorianus a S. Andrea,

CLE-

CLEMENTINA,  
UNIGENITUS.

A nuperis Anonymi Auctoris dubiis  
VINDICATA

Hoc est,

THEOLOGIA SUPPLEX REFUTATA &amp;c.

## PRAEFATIO.

**P**rodiit non ita pridem libellus Anonymus specioso hoc insignitus titulo. *Theologia Supplex coram Clemente XI. Pontif. Max. Clementina Constitutionis, Unigenitus Dei Filius &c. Explicationem atque intelligentiam submissa rogans &c. Coloniz MDCCXXXVI.* Tam speciosum titulum huic operi minus apte congrue, indicare nobis illius Auctor voluisse videri potest, cum nomen suum frontispicio subtraxit. Enim vero, qui supplicat, & eo modo quo decet, id est humiliter, sincere, venerabundu supplicat, non habet, cur nomen oculet suum. At qui male agit, odit lucem: unde subtrahio illa nominis, quasi indicum est delinqutis. Et vere talem potius inveni Auctorem, quam Supplicem. Vix enim paginam percurrire est, quia ad quemlibet passum offendit dubitantes, fitne per Constitutionem Unigenitus damnata sententia aliqua Sacra Scriptura, aut Sacrorum Conciliorum, aut SS. Patrum, praesertim clarissimorum Scholae, quia & Ecclesiae Luminum, hodiernae novitatis fulminum, Augustini & Thomae; aut purioris Moralis professorum? Quod quid aliud est (uti recte observarunt Clementi XI. in Breve Pastoralis Officii &c.) quam dubitare, Erraverinte Sedes Petri in Clemente, Romana Ecclesia particularis, quin & Ecclesia Catholica Universalis, Constitutioni Unigenitus adhaerens? Et talem libellum vocabimus Supplicem?

II. Ea propter speravi fore, ut quispiam e tot nobilissimis ingeniis, quibus Italia, praesertim Roma abundat, libellum hunc merita responsione refutaret. (a) Verum huc usque, cum nihil, quod sciam, comparuerit, quidquid huic libello, non meis viribus, qui omnium sum Theologorum infimus, sed bonitati causa, quam defendo, fretus, responsum dare constitui. Hoc tanto alacrius aggressus sum, quod Constitutionem Unigenitus, tum ex se ipso, tum ex eis qua haec occasione a Romana Cathedra processere oracula, summe honorificam ac proficiam Scholae Augustino-Thomisticae dudum existimaverim. Notum quippe omnibus est, Quenellum erroribus suis larvam Thomisticam conatum impunere. Detraxit hanc Constitutionem Unigenitus, dum articulos in variarum olim damnatarum Haereticorum, non in Thomistarum, sed Jansenii praesertim sensu damnatos, clarissimis verbis affirmat: *Omnis & singularis propositiones praiservias, verba sunt Conf. Unigenitus, tangunt falsas... ac denum etiam hereticas, variaque hereses, & poissimum illas, que in famosis Jansenii propositionibus, & quidem in eo sensu, in quo haec damnatae sunt, manifeste innovantes... damnamus & reprobamus.* Disputuit non modicum Quenellus, ac sequacibus eius, tam aperte a Clemente XI. rufissimam lucem a tenebris. Nube parvarum gratiarum, vocetenus sufficientem; voluntatis antecedentis, sed sterilis, & neficio quibus alii doctrinam suam obtegeret: si forte quispiam Ixion pro Junone eam amplecti dignaretur. Succedit illi aulta frus quadamtenus. Sed adverbit id illico Clemens, nec parum indoluit; prompto remedio graffanti malo occurrit, edita Constitutione Pastoralis Officii &c.

III. In hac non contentus dixisse, se Jansenianam, Quenellianamque doctrinam ex orbe catholico proscriptisse; Thomisticam vero etiamnum tute in Orbe, & Urbe commorari; id insuper addit: Quenellum, ejusque gregales, ipsos se jam olim ab illis, quas advocabant Scholis, eorumque Principibus segregare fecisse: faltoque tali in nomine gloriari: *Nisi ab antiquis semitis, Sanctorum Patrum vestigis, immo ab EARUNDEM SCHOLARUM INSTITUTO, QUD VERBIS profiteritur, RE IPSA RECESSISSENT &c.* Quid, quod ipse Clemens, post editam Sacrosanctam Constitutionem, Thomistam se professus fu? Lege si lubet Epistolam Archiepp. & Episcopis Galliarum scriptam, fatebere, quod dico: (20. Novembris 1716.) *Cum vero, ait, sufficientiam nostram EX DEO esse proba agnoscamus (en gratiam Thomisticae sufficientiem) effundamus priuon coram illo corda nostra, jugibus lacrymis & precationibus clamantes, ut respiciens de celo, & visitans vicinas istas, supereminente inibi diffidiorum ziranis penitus exellat, detque voci vestre vocem virtutis: renentes autem Fratres Spiritus sui dulcedine perfulos ad concordiam FLECTAT, atque ad obedientiam ADDUCAT (en gratiam Thomisticam efficacem) in laudem glorie GRATIE SUÆ &c.* Adde his eam phrasim, quia Clemente XI. Epist. ad Ducem Aurelianensem, Gallia Regentem, usus est: (Die 23. Novem. 1716.) *Consci enim, inquit, probe sumus, & fiduciam habemus ad Deum, quoniam catholicae fidei veritatem, & Ecclesie unitatem servandam unice ante oculos habuerimus, nullis Nos debere, nec POSSE aut perturba-*

I i  
tuba-

(a) Nondum videram Colloquia Patavina.